



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-524874-p0001-9

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-524874-p0002-4

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-524874-p0003-0

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-524874-p0004-5

DFG

1700

1. Berger, Fr. Gottlieb: De tympanite.
- 2.^{a: b.} Berger, Dr. Henricus: De nexu iuris iurandi,
quo fiducia et subjectio continentur. 2 Exempl.
3. Berger, Dr. Henricus: De donatione principis.
4. Berger, Dr. Henricus: Dissertationem juridicam
de praecipuis Electorum prerogatiis: ... submitit.
5. Berger, Dr. Henricus: De sententia tacite alter-
nativa.
- 6.^{a: b.} Schwer, Carol. Smekke, Cib. baron, a: De privilegiis,
iis maxime, quibus renunciari non potest. 2 Exempl.
7. Heberus, G. Michael: In antiquarum legum inter-
pretatione Cistoriam veritatis non dari ...
ostendunt.
8. Heberus, Georg dich.: De eo, quod interest
inter actionem ipso iure nullam, et a precepto
lioniis elidenda.
Haecker, Joh. Henricus:
9. Histriotes, sistens præservationem principis
1 veneno.

10. Horn, Ioseph. Hieronimus: Ordinis iuridici decanus;
benivolo lectori s. p. d. (ad orationem Dahan.)
11. ~~Mag. Balduini Wernerij invata~~ ^{Lusor o studiis}
~~Lantensack, Fridericus Gregorius:~~ ^{Kai do vntos.}
12. ~~Bengtius, Dr. Lectoris:~~ Re privilegiis literarum
in gente hebreorum. De propriebus historiis id est
13. ~~Adversus, Dr. Lips:~~ Ceteris regibus, duabus etc., qui
14. ~~Melechueras, Martinus Randolph:~~ De fatis crudelibus.
15. ~~nig orientalis~~ ^{Te teyppiorum annis Israe-}
~~Schwartz Fleisch, Cor. Sam:~~ ^{torio}
16. Schwar, Carolus Ernestus, L.B.A.: Disputatio juri-
dica, exhibens illustris aliquot quæstiones,
quæ maxime controversæ.
17. Vater, Christianus: Machinae humanae
organæ animalia in specie dicta.
18. Vater, Christianus: De venenis eorumque
antidotis
19. Zerbst, Christoph Henr.: De toadographorum.
20. Zerbst, Christoph Henr.: Anus bicinctus in hominum
Insectorum corpora?



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-524874-p0007-2

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-524874-p0008-8

DFG

301690.

Pri. 47. num. 15 ~~PERMIS~~ ~~41.~~

1700 10

12

ORDINIS JURIDICI
IN
ACADEMIA WITTEBERGENSI
h. t.


DECANUS,
CASP. HEINRICUS
HORN, J.U.D.

P.P. Elector. Cur. & Scabin. ac Judic.
Provinc. in Lusat. inferiore Assessor,

BENEVOLO LECTORI


S. P. D.

An legitima sit iuris nat.



2

ORDINIS IURIDICI
IN
DEAGEMIA MTEPERGENI
DE
PENALIS
GAS: HENRICUS
DUDOR
PROVINCIIS QM: CAPIT: DE NIVIC
PROVINCIIS QM: AEGEUM
PROVINCIIS QM: AEGEUM



Nstituens more majorum ea re-
ferre, qvæ ad res magna cum lau-
de gestas nobilissimi ac egregii
plane Candidati pertinent, præfari-
que nonnulla a pulcherrimo argu-
mento, de quo ipse solenni ritu ver-
ba faciet, haut prorsus aliena, illius
qvæsiti recordor, de quo inter nostros JCtos magna
animorum contentione, multis in utramqve partem
conquisitis allatisqve rationibus disceptari solet: *utrum*
scilicet portio illa, quam legitimam vocamus, at-
qve illis personis, quibus aut vitam dedimus, aut
debemus, ex placitis Romanae nomothesia relin-
quenda, juris naturalis præceptis contineatur?
Hanc qvæstionem qui affirmandam esse existimant,
sententiam PAULI, quam libro singulari de portioni-
bus, qvæ liberis damnatorum conceduntur, expressit,
in partes vocare solent, *rationem nempe naturalem*
quasi legem quandam tacitam liberis parentum *L. 7. §. 1. ff.*
de bon. da-
mnat.
hereditatem addicere, velut ad debitam successio-
nem eos vocando &c. Huic jungunt PAPINIANUM, *L. 7. in f. ff.*
lib. 29. Qvæst. liberos naturæ simul, & parentum *Si tabul.*
commune votum ab bona horum vocare existimam- *test. nullæ*
ext.
té. Qvibus nec JUSTINIANUS ipse, ut alia taceam, de-
esse videtur, cum legitimam filii debitum naturale ap-

A 2

pellet,

L. 36. S. 2. peller, atque nonnisi τῆς Φύσεως πρώτερον θερα-
C. de inoffic. πευθείσης ad extraneas accedere permittat largitates,
testam. Nov. 18. c. i. imo νομικὸν μέρος & liberis, & parentibus κατὰ τὴν
Nov. 1. pr. Φύσιν deberi diserte asseveret. Plerique tamen
ita temperant sententiam hancce, ut legitimam ex
naturalis juris regulis quidem peti exigique posse ve-
lent, quantitatem tamen ipsius jure voluntario civita-
tum definiri: quamvis & non desint, qui affirmantem
sententiam his limitibus includant, ut ad descendentes
saltem pertineat, non vero ad ascendentes porrigatur.
Reperiuntur tamen etiam, qui absqve ullo discrimine
negandam esse quæstionem opinantur, sibi & aliis
persuadent, omne illud, quod de legitima in LL. no-
stris civilibus cautum constitutumque est, nulla
naturalis juris necessitate, sed jure voluntario tantum
inniti, eaqve omnia, quæ a diversæ sectæ autoribus, ut
robur addant placito, allata, eo spectare, quod ista ju-
ris positivi dispositio præceptis juris illius, quod recta
ratio nos docet, non contrarietur. Ex harum senten-
tiarum diversitate diversa etiam illius quæstionis deci-
sio nascitur: num scilicet lege, vel statuto legitima
vel plane tolli, vel minui saltem possit? Quod si enim
ea tibi placeat sententia, naturali jure, quod præcipit
aut vetat, portionem istam deberi, fateri simul cogeris
ex necessaria consecutione confici, minime legitimam e
medio tolli posse, cum nulli humanæ potestati fas sit,
illa jura, quæ divina majestas ipsa constituit, voluitque
homi-

hominibus connasci, immutare. Sin vero adversari
istam arripias opinionem, alia etiam hujus quæstuti de-
finitio prodibit. Porro, si existimes, illud saltem ju-
ris civilis esse, quanta haec portio esse debeat, facile in
illorum sententiam abire poteris; qui minui posse
istam quantitatem lege, vel statuto arbitrantur. Mihi
omnia haecce, quæ magno conatu afferri solent, atq; in
controversiam vocari, non est animus excutere, nec
præsens etiam institutum, quod paucis agendum esse
postulat, concedit ac permittit. Illud tamen expendere
paulisper atque examinare in præsens visum est, quid-
nam illa *ratione naturalis*, quam PAULUS allegat, il-
ludque, quod *naturam & PAPINIANUS, & JUSTI-*
NIANUS vocant, sibi velit? Quod dum faciam, hoc si-
mul veniet in lucem, utrum pro eo, quod *naturale jus*
vocamus, debeant haberi? Quando itaq; PAULUS ad
rationem naturalem provocat, atque post illum reliqui
ad naturam, haec procul dubio illorum sententia est, ho-
minem animal illud a supremo DEO præclara quadam
conditione procreat, atq; solum ex tot animantium
generibus ac naturis rationis particeps, hac ratione &
natura sua duce causas invenire allegareque posse, ob
quas, licet lex positiva desit, fateatur æquum, vel justum
esse, liberos & parentes bona a nobis relictæ occupare,
vel omnia, vel saltem partem illam, quæ legitima vo-
catur; iniqvum vero, penitus has personas excludi a suc-
cessione. Jam vero de causis istis, quas natura, vel ra-

A 3 tio

tio naturalis suggérere nobis potest, solicitum esse oportet. Et primo quidem si quæramus, cur PAULUS & PAPINIANUS liberis parentum hereditatem addendā esse existimant, hæc nobis in mentem venire potest ratio: non esse credibile illum, qui vivus bona multo interdum sudore, multisque vigiliis sibi acquisivit, cum vita decedendū pro derelictis haberi, & in quemlibet occupantem transferri voluisse, sed eam potius ipsius voluntatem fuisse, ut ad illos transeant, quos maximō amore, cum superstes esset, est amplexus. Hos autem, verisimile plane est, nullos alios esse, quam quorum communis cum illo est sanguis, inter quos tamen illorum ratio procul dubio potior habetur, qui arctissime & proxime cum illo sunt conjuncti. Qui, quæso, vero alii hi esse possunt, quam liberi? quibus vitam dedimus, qui ex sanguine nostro proxime ortum ducunt, qui quasi partes sunt parentum, erga quos natura terrimum amorem in nobis ingenuit: ut adeo naturali quadam propensione studeamus θησαυρίζειν iisdem, atque illorum causa multa incommoda pati, ut res illis congeramus & conservemus, ut vitam suavius honestiusque transfigere possint. Atque hac eadē fere etiam Φυσικὴ γνωμολογία, ut Theodo-

Tom. 3. p. retus loquitur, Apostolum PAULUM usum fuisse, non
2 Cor. 3. 14. est ignotum. Evidē PAPINIANUS, non sic parentibus liberorum hereditatem debere, asserit, quos tantum rationem miserationis turbato mortalitatis ordine admittit.

mittere credit ad bona liberorum. Sed nec hic desunt rationes, qvæ parentum causam fulciant, licet tantæ fortasse ac priores non videantur, cum vulgo amore descendere, non ascendere, credatur. Qvod si enim nos ipsi nunquam parentes facti, vel liberis, qvos suscepimus, orbatim sumus, sicq; decedamus sine prole, qvis, qvæso, postea majori necessitudine nos tangit, qvam parentes? Hos enim, ut ingrediamur in hanc vitam, ut hac luce fruamur, autores esse scimus, apud hos educati sumus, ab his bona sunt profecta, vel saltem semi-na eorum: atq; adeo tot beneficiis nos devinctos habent, ut nisi omnem rationem extuleremus, nemo esse possit, qvibus majorem gratiam debeamus, & amorem. Qvo posito conjectura non yana capienda est, decedenti his potius, qvam alios bonis, qvibus jam non opus, frui placuisse. Sed cum hæc omnis ratiocinatio præsumta qvadam voluntate superstructa sit, pallam est, omne suum officium eam perdere, si appareat, illum, qvi vita excessit, aliam inire voluisse rationem, aliudq; de rebus suis statuisse. Cur enim ad conjecturas confugeremus illisq; crederemus erundam esse voluntatem alterius, si de ista certissime nobis constat? qvod certe si faceremus, omnium risui & ludibrio merito exponeremur. Qvod si itaq; non luit pater ad illos, qvos genuit, bona devolvi; qvod si noluit filius qvicqvam ex bonis suis relinqueret genitori, aliosve uterq; instituit heredes: qvo jure bona posses.

"nra dicitur
arboribus, in qby
sunt in genis
et via trans
sunt et renis
in hexis alijs in
mis cordatis vira
dente, trans
in trinitate, do
que tam
liberat in ae
et mylia su

possessore vacua aliis vero assignata, & tributa ab il-
lis poterunt occupari. Fuit nempe vivus rerum sua-
rum moderator & arbiter, liberrimamque habuit de
iisdem disponendi facultatem, qvæ ex jure dominii
fluit, atqve etiam post fata suas exerit vires. Si
ad rationes, qvas superius concessimus, confugias, ni-
hil illis obtinebis aliud, qvam hoc, conveniens esse na-
turali rationi, bona parentum ac liberorum ad illos;
qvos suscepimus, vel qvi nos procrearunt, devolvi, æ-
qvitate etiam hanc succedendi rationem se commen-
dere, durumqve & mutuo amori a natura insito
qvodammodo adversum esse, si a successione exclu-
dantur: neutiqvam vero id efficies, ut persuadeas aliis,
naturæ legem præcipere, ut bona necessario liberis
vel parentibus a morituro relinquantur, vetareqve
contrarium, atqve vel omnimodo, vel ex parte saltem
adimere liberam statuendi facultatem, nisi alias af-
feras causas, qvæ fortius stringant, atqve tale nobis in-
dicent præceptum. Qvales cum in medium produ-
ctæ non sint, conseqvens esse videtur, nec de parte illa,
qvam legitimam vocamus, prædicari posse, istam na-
turali jure deberi, atqve si forte nomine naturalis debi-
ti veniat, non adeo proprio usu verborum id fieri so-
lere. Qvæ conclusio, uti qvidem verissima est, ita ta-
men explicatione quadam indiget, ne forte argui pos-
sit falsitatis, atqve cavillationis. Scilicet in hoc argu-
mento, qvando de legitima qvæstio instituitur, stu-
diose

diose secernenda sunt necessaria alimenta ab aliis, qvæ parte illa comprehenduntur. Qvoad illas res, qvæ alimenta necessaria excedunt, intelligenda est conclusio, qvam laudavi; de iis vero rebus, qvibus ad vitam sustentandam opus est, aliter plane sentiendum esse existimo. Postqvam enim parentes causa sunt, effeceruntqve ut liberi existant in hoc mundo, vitaqve gaudeant, eo ipso qvoqve sese obstrinxerunt, ut quantum in se est, prospicere velint illis, qvibus vitam dedere humanam, de his, qvæ ad vitam naturalem ac socialem conservandam agendamq; necessaria habentur. Qvæ obligatio ex ipsa natura rei, & facto parentum satis superqve sese prodit. Cum enim soboles sine necessariis subsidiis vitam servare nequeat, nemoqve præter vitæ autores ostendi possit, cui onus illud jure defertur, sicqve vel toti, vel magnæ parti generis humani pereundum foret, ex facto generationis nihil aliud conseqvi potest, qvam hoc, generantes his vinculis obligationis se ligasse. Qvod si noluissent, abstinere debuissent a procreatione prolis, cui magna injuria fieret, si ideo tantum generata esset, ut alimentis destituta misere iterum periret. Rursus qvoniam liberi vitam parentibus acceptam referunt, negareqve non possunt, se ab illis tanqvam effectus a causa dependere, non alter etiam possunt, qvin, licet nulla alia merita parentum incensum venirent, his reverentiam per omnem vitam se debere fateantur: qvæ reverentia magnum

B

in

in modum laderetur, si liberi e gentibus alimenta de-
negarent, parumque sic abessent ab illis, qui necarent,
sanguineque polluerentur genitorum. Quæ ratioci-
natio, cum ex ipsa natura rerum necessario fluat, talis-
que sit, ut aliud nisi implicantia, & destruentia se mu-
tuò admittere velimus, dici affirmarique nequeat, nul-
lum penes me dubium est, quin præceptum quoddam
juris naturalis eadem nobis inculcat, illud scilicet & li-
beros & parentes nostros, qui ipsi se exhibere neque-
unt, non tantum a nobis vivis alendos esse, verum et-
iam ex bonis, quæ fortuna dedit, tantum a morienti-
bus relinqendum, ne egeant, pereantque fame, sed
vitam honeste conservare, & transigere possint. Quo
posito nemo facile ambiget, quin illa, quæ de legitima
jus nostrum civile tradit, quatenus illi nempe ali-
menta in sunt, ad regulas juris naturalis debeant referri;
hocque sensu verum, perfectum, & proprie sic dictum
naturalis juris debitum appellandam esse. Patebit
vero, puto, ex his omnibus maximopere cavendum
esse, ne id, quod naturalis ratio suggerit, vel dicitur, sta-
tim jus naturale esse credamus, adeoque res confun-
damus diversissimas, quod quidem a multis, perpe-
ram tamen fieri, neminem, qui vel mediocriter in his
studiis versatus est, latere potest. Namque sunt
quamplurima, quæ ratio quædam naturalis svadet,
quæ non repugnant etiam naturali juri, atque ad il-
lud, ut loqui amant, per reductionem pertinent, nul-
lo ta-

lo tamen præcepto vel affirmante, vel negante legis il-
lius connatæ nobis innituntur. Qvæ ut fusiū expo-
nam in præsens, opus non est, cum nobile hoc argu-
mentum alius occupaverit, qvi data opera ex cathedra
nostra publice hac de re verba facere constituit, & de-
crevit. Est vero ille Excellentissimus Mathematum,
qvæ Inferiora dicuntur, Professor, Vir Nobilis-
simus, Amplissimus & Consultissimus Dominus
JOHANNES BALTHASAR VVERNHERLIS,
Collega atqve Fautor noster Honoratissimus, cuius
honori hoc qvicquid est scriptionis consecrare, mihi
perquam gratum est, & jucundum. Ortus est ex ho-
nestissimis parentibus, patre qvidem Amplissimo, &
de literaria re egregie merito Viro, **LUDOVICO GO-**
DOFREDO VVERNHERO, qvi in Gymnasio, qvod
Imperialis urbs Rotenburgum ad Tubarim alit, Recto-
ris & Professoris partes per multos annos maxima cum
laude implevit, & superstes, ætate licet proiecta spar-
tam haut minori cura parique rerum successu exornat;
matre autem, ornatissima matrona apud **OEHRIN-**
GENSES loco in honore ac pretio habito oriunda. Ab
hisce pietate, & moribus est imbutus, atqve ubi vis in-
genii apparuit, in scholam, cui pater præest, cultus ca-
piendi causa ductus, indolis non vulgaris, sed eximiæ
plane probitatem, clarissimis viris, **LEHMO**, **GELT-**
NERO, **LIPSIO**, Magistris publica autoritate docenti-
bus, atqve præsertim Maxime Reverendo Ecclesiæ Ro-

tenburgensis Antistiti, SEBASTIANO KIRCHMAJERO, ve-
nerandi Senioris nostri, cui paucis abhinc diebus, publico ulti-
mæ pietatis interprete Excellentissimo Candidato, justa persol-
vimus, fratri, approbavit: qvorum omnium, & hujus præci-
pue, qvi primo loco nominandus fuisset, singularem affectum
erga se, voluntatem & fidem grata mente recolit, & proficitur.
Dum ita in Rotenburgensem Gymnasio adolevit, ipse pater
alios sua institutione atqve disciplina formans nullam occa-
sionem erudiendi filii prætermisit, & prout ingenue hic fate-
tur, omnis scientiæ, qva instructus, fundamenta potissimum
jicit. Etsi enim numerosa prole, & mascula qvidem auctus
genitor, e qva tres filii Ecclesiasticis muneribus conspicuis
funguntur, quartus vero Lipsiæ sacris studiis operam navat;
qvos omnes sua institutione est dignatus: nullius causa tamen
& ratio magis illi curæ fuit, qvam hujus filii, qvem maximo-
pere fovebat, & tenerrimo amore amplectebatur. Qvam
ob rem licet studia illius scholæ decurrisset, nondum tamen
a se dimittendum esse opinabatur, sed sua qvoqve manu ad
altiores disciplinas, qvas μαθήματα veteres Græci appellabant,
proferendum ac deducendum, suaqve opera omnimodo ef-
ficiendum, ne, qvod Taurus adolescentibus sui ævi objecta-
bat, repente illotis pedibus ad Philosophos deverteret, nec
ἀθεάρητος, ἀπόστος, καὶ ἀγεωμέτρητος a se abiret. Postqvam ve-
ro ablegandum filium censuerat, qvantum hodie, perpen-
dens, tum ad cultum civilis vitæ, tum ad solidam eruditio-
nem consequendam, intersit, præter literas Græcas & Latinas,
qvæ apud doctos in usu habentur, Italorum & Gallorum cal-
lere lingvam, ad peritissimum harum virum CRAMERUM
Norimbergam eum misit, illiqve tradidit in disciplinam.
Qva non sine fructu usus, jussu parentis Lipsiam, nobilissi-
mum illud bonarum artium emporium adiit WERNHERUS
noster atqve ad celeberrimos viros, ALBERTI, RECHEN-
BERGIUM, CYPRIANUM, SCHMIDIUM, MENCKE-
NIUM

NIUM & WEIDLINGIUM se applicavit. Inter qvorum sub-
sellia cum versaretur, eo pervenit, qvo contendebat assidue,
& summo studio nitebatur, atqve vires ingenii in omnibus
philosophiæ partibus palam testatus est, eaqve re apud omnes
magnam sibi benevolentiam conciliavit. Dum vero ita stu-
dio & amore sapientiæ detinetur, non potuit illum latere
nova illa philosophandi ratio, qvam hoc nostro effœto jam se-
culo RENATI CARTESII, sagacissimi Galli, subtile ingeni-
um produxit, qvamve ut fieri assolet, alii summis laudibus ex-
tollunt, omnibusqve modis seqvendam existimant, alii vero
maximopere detestantur, atqve ceu pestem fugiendam esse as-
severant. Ut ergo, qvid CARTESIANA ista philosophia in re-
cessu habeat, penitus cognoscere, atqve jurene, an injuria tan-
tis laudibus extollatur a qvibusdam, apud qvosdam autem tam
misere vapulet, recte judicare posset, celebrem ejus docto-
rem PETERMANNUM, Medicum præstantissimum sedulo
audivit, atqve illo auctore in hujus doctrinæ interiora pene-
travit. Convertit postea facultates ingenii ad sacri studii di-
sciplinam, qvorum propensio qvædam gentilitia quasi trahe-
bat, licet non ignarus legali scientiæ se a parentibus dicatum
esse. Freqventavit autem B. CARPZOVII, qvem erectum
sibi Ecclesia orthodoxa vehementer dolet, atqve reliqvorum,
qvos Lipsia habet, exqvisitissimorum Theologorum scholas,
ac in illis tantos profectus fecit, ut qvam plurimi, qvorum
nonnulli sacris Ecclesiæ ministeriis majoribus hoc tempore
funguntur, ab illo his rebus institui peterent, qvibus operam
suam haut denegavit, verum cum KÖNIGII, BAYERIQVE
Positiones interpretaretur, eorum studia & conatus multum
juvit. Sed cordi tamen fuit genitorum desiderium, qvod
tantum apud eum potuit, ut præter omnium, qvi ipsum nove-
rant, opinionem, voluntatem, qvam præ se ferebat, mutaret,
illorumqve satis faciendum esse votis, qvibus vitam & omnia
debet, pie & recte arbitraretur. Non tamen eum pœnitet,

nec poenitebit unquam, rebus Theologicis vacasse, cum optime intelligat, religionis colendæ disciplinæ cum juris arte haut male convenire, & neutram alterius ope carere posse, summis-
que ICTIS, CARPZOVIO, ZIEGLERO, BRUNNEMANNO,
aliisque celebritatem famæ & immortalitatem nominis id potissimum conciliasse, qvod sacrorum scientia non leviter &
perfunctorie tincti fuerint, sed penitus imbuti. Tradidit
itaque se Jurisprudentiæ, ac excellentissimos ICTOS,
CARPZOVIUM, ITTIGIUM, MYLIUM, EC-
KOLTUM, MENCKENIUM sectari cœpit: atque assiduus
fuit celeberrimi SCHWENDENDÖRFFERI auditor,
JCTI profecto acumine ingenii, longissimoq; rerum usu, nec
Papiniano, nec alio, sive veterum, sive recentium inferioris,
cujus prolixum favorem expertum se esse gaudet & gloriatur.
Sub his doctoribus mox eo magis ac felicius in vastissimo alio-
quin juris studio profecit, qvod omnibus subsidiis, qvibus opus,
instructus aggrederetur illud, jamq; multum temporis in e-
ruendis istius juris præceptis, qvod connatum nobis est, con-
sumpsisset. Ne vero illarum rerum, qvæ in foro aguntur, esset
imperitus, nesciretque, qva ratione causæ coram illis, qui tri-
bunalibus præsunt, orarentur, BARTHIUM, nobilem & erudi-
tum causarum Patronum, accessit, atque ex illo fori usum di-
dicit ac cognovit. Lauream philosophicam ambivit, ut oc-
casio non deesset in publicum prodeundi, eamque facillime
adeptus est. Qvo facto in virtutis & gloriæ campum descen-
dit, & in certaminibus eruditis pulchre, atque in cathedra plus
quam tricies Præses stetit, & de rebus difficillimis & abstru-
sissimis verba conseruit, disciplinasque philosophicas, jus o-
mnibus populis commune, civile etiam juvenes ad eum
confluentes magno omnium applausu docuit & approbatio-
ne. Propulit vero illum excelsum ejus ingenium ad excelen-
dam rerum mathematicarum reconditam artem, quam dum
singulari industria scrutatus est, innotuit illustribus viris, atque
tum

tum ob alia quamplurima merita, tum ob summam & exactissimam rerum mathematicarum scientiam toto orbe celebratissimis viris, & primo qvidem TSCHIRNHAUSIO, postea etiam LEIBNIZIO, & denique KOCHANZKIO, Consiliario ac Bibliothecario Regio in Polonia: quorum singularis favor atque literarium commercium, quo ipsum dignati sunt, quantum fructus & honoris attulerit, verbis exprimi vix potest. Etsi vero Lipsia ita illum egregie exornabat, ordoque Sapientum de loco apud se, quem bina disputatione meruerat, agebat concedendo, omnesque existimabant, ipsum Lipsiam etiam exornaturum esse: subito tamen contigit casus, quo compensatione quadam illius, quod ista urbs nobis abstulerat, Wittbergae nostrae concedebatur. Postquam enim anno superiore MARTINUS KNORRIUS, Mathematicus excellentissimus magno omnium dolore fato apud Lipsienses functus erat, locusque ejus apud nos vacabat, dignus visus est, qui provinciam istam capesseret, atque S. R. Majestati ab Academia ex veteri more cum aliis ea, quae decet, religione susteretur. Cumque Illustris TSCHIRNHAUSII juvaretur suffragio, ac testimonio omni exceptione majore, factum est, ut Potentissimus Princeps a WERNHERO juberet spartam istam occupari. Quae parta dignitate acrius in res mathematicas incubuit, atque tum in publico acroaterio, tum intra privatos parietes nobilem illam scientiam, quae ad summum fastigium hodie ascendit, aulisque Regum & Principum familiaris est, felicissime tradidit juventuti, quae fructum hujus Institutionis uberrimum cepit, & maiorem indies expectat. Dum vero haec, quae munera ratio exigit ac postulat, recte & ordine egit, neutiquam passus est, a Jurisprudentia se divelli, quam non inimicam Mathei expertus est, verum operam & auxilium ejusdem saepius experitatem. Namque juvenibus non obscuri generis, sed nobili & honesto loco natis, fidei ejus concretis artis & qui bonaque fontes aperuit, multumque operae impendit, ut principiis

piis præceptisque idoneis scientiæ justi & injusti imbuerentur. Ut vero Parentum aliorumque vota plenissime expleat, & quanto cultu Themidis sacra prosequatur, publice ostendat, ad honores quos illa tribuit, constituit adspicere, atque hanc ob causam apud nostrum Collegium nomen suum est professus, eaque petere non dubitavit, quæ praestari solent. Gratulati sumus nobis de tali Candidato, quem in ordine Professorio Collegam habemus, cuiusque eruditio & dexteritas ex iis, quæ tum Lipsiæ, tum hoc in loco sub oculis omnium gessit, nemini ignota, sed omnibus notissima habetur. Cum ad colloquium congressumque nuper pervenisset, mira alacritate dotes ingenii exposuit, atque omnium expectationi abunde satisfecit. Jam publica in luce ex decreto Ordinis illa acturus, suscepturusque est, quæ sapiens antiquitas a Candidatis juris fieri jussit, ac voluit. Habebit autem crastino die hora IX. antemeridiana solennem orationem, atque, *Quantum intersit, rationem naturalem & jus naturæ recte discerni, si de legibus civilibus judicium ferendum, graviter & copiose exponet*; a meridie vero hora II, in L. I. D. d. Fid. Instrum. operam collocabit interpretanda. Non existimo, multis verbis mihi opus esse, ut auditores conciliem Oratori, cum perswasissimum mihi sit, & dignitatem personæ, & peritiam ac suavitatem illius dicendi id efficere posse, ut omnes vel ultro, & non rogati etiam veniant auditum. Precor tamen Magnificum Academiæ Rectorem, Perillustres Baronnes, Patres etiam, ac Cives Academiæ omnes, eo, quo par est, cultu, observantia, & studio, ut certissime credant, benevolentiam istam, quam honorifica illorum præsentia secum fert, egoque decenter peto, & exopto, non tantum Consultissimum Candidatum, verum etiam Ordinem nostrum grata mente agnitorum esse, operamque datus sedulo, ut omnes intelligent, nos, qui artem æquum & boni profitemur, in referendis gratiis, quantum in nobis quidem positum, nunquam officiis deesse. P. P. Dom. XXII. Trin. M D CC.

Typis CHRISTIANI KREUSIGII, Acad. Typogr.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-524874-p0025-2

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-524874-p0026-7

DFG

KÖTTENBERG, Diss., 1700 (1)

ULB Halle
004 068 122




3

1017

Sb.





Farbkarte #13

B.I.G.

